



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

20 de lege Iulia de Residuis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

ad alias necessitates, quam ad eas, ad quas destinatae sunt, non sunt impendenda. *l. fin. C. de iur. q. Qui in nomine fisci fiscales pecunias, simulans se fisci creditorem acciperit, pecularis reus etiam est, l. sacrilegi, g. §. Labeo, ad leg. Jul. pec. P.* Et quia fides aetarii & rationes ex tabulis pendunt ut plurimum, qui tabulam aream, leges continentem vel formam agrorum, ex qua census praestandus dignoscitur, *l. formula censuali, de censu. in P.* refixerit vel immutauerit, vel tabulas publicas induxerit, vel deleuerit, est reus quoque peculatus, *Venul. l. qui tabulam, 3. eod. tit.* quive in tabulis publicis, minorem pecuniam, quam quid venierit, aut locauerit, scripserit, aut quid simile admiserit, *l. hac lege, 11. eo.* qui praedam ab hostibus captam surripuit, *l. is qui, 13. eo.* qui aurum ex metallo extraxerit illicito, & conflauerit, *l. sacrilegi, 6. §. fin. eod. tit.* qui perforauerit muros, scilicet ubi pecunia publica est, vel inde aliquid abstulerit, *l. qui perforauerit, 12. eod.* In imponenda huic crimini poena, iudex animaduertere debet rei conditionem, qualitatem personae, tempus, aetatem, & conditionem, & iuxta illa vel mitius, vel seuerius punire, *l. 6. ad legem Jul. pecul. Poenae poena, inquit Vlpianus, aequae signis interdictio, in quam hodie successit deportatio, l. 3. eod. in P.* Hanc capitalem poenam dixerunt CC. Honorius & Theodosius, *vt ait gl. in l. ubi de crim. pecul. C.* qua subdii iubent iudices, qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt, *l. v. m. §. item lex Julia, de publ. iud. apud Iust.* cum eorum administris & conficiis. Veruntamen Iustinianus, ab illa capitali, deportationem in hoc crimine ratione personarum distinguit, *in §. item lex Julia pecul. eod. Val.* & eos, qui ab arcantiis & tabulariis, officiiis que rationum foenebrem pecuniam sumserunt, quoadrupti poena damnant, *l. 1. de iis qui ex publication. mut. pecun. accep. lib. 10. C. tit. 6.* Poena quippe illa est ferreus indita, qui fraudem fisco facit, *l. auferitur, 4. §. final. de iure fise. lib. 49. P. tit. 14.* triplum autem poena tantum, & simplicium res est, *l. v. m. pec. fiscal. cred. antef. lib. 10. C. tit. 7.* Poena haec ultra criminalem imponitur, *l. is qui, 14. §. sacrilegi, 6. §. fina. ad legem Jul. pecul. P.* Gratianus & Theod. CC. eos qui aurum ex aetario principis priuatis commodis profuturum acceperint occulte, aut sponsonis, aut cautionis fide, sine eiusdem principis auctoritate: ablatis bonis omnibus perpetuae deportationi subdit, & eos qui dederint, capitali sententiae, *l. 2. de iis qui ex publ. ratio. mut. pecun. accep. lib. 10. C. §. Sed & illud singulare, vt contra heredes hoc iudicium exerceatur peculatus, l. fin. ad legem Jul. pecul. in P. §. Iulius & Paulus lib. 5. Recept. sentent. tit. 29. Si quis fiscalem pecuniam atrectauerit. surripuerit, mutauerit, seu in suos usus conuerterit, in quadruplum eius pecuniae, quam sustulit, condemnatur. §. Pappo l. 2. 2. Rhapso. arest. tit. 2. ar. 1. testatur, poena capitali vltimi supplicii aliquando animaduersum in Gallia in quaestorem, qui pecunias regias intruerit esse accusabatur, interdum & exilio cum poena numeraria. Constitutio Francisci I. sur la reditron des comptes, eius nominis Gallia. regis primi extat, qua statuitur, crimen peculatus a quacunque persona fuerit admissum, confiscationem corporis & bonorum habere. Atque si is, qui admiserit, ex nobilibus genitus fuerit maioribus, eum ultra praedictam poenam, ignobilem declarandum, eiusque ab eo descendentes in posterum, siue masculi siue foeminae sint. Certe non posset esse laeis grauis poena in has hirudines, quibus cum pecuniae publicae saepe ex lacrymis provincialium & sanguine conquisitae, commissae sunt, ad principem exportandae, vel in utilitatem publicam expendendae, ipsi sibi retinent, artibus & fraudibus sibi conseruant, & ex multorum pauperum nece oppiparas & magnificas comparant opes, idque breui tempore: & eo liberius, quo impunitas inundatione redimitur. Sed canere debent tamen, ne princeps liberatus grauioribus negotiis in illos oculos conuertat, & rationes reposcat, & pingues iubeat necari, vt vomat quae male digesserunt. §. Meminerint tamen si sapiant, quod apud Aristophanem in equisibus, de istis furibus pecuniae populariae loquitur vere populus:*

ὅτι ἴαθε δὲ μὲ εἰ σοφῶς  
 αἰτῆς περὶ ἐργουαί  
 τὸς οἰόμενος φερνεῖν  
 καὶ μὲ ἐξ ἀπὸ δὴ δειν  
 τῆρ᾽ ὅδ' οὐκ ἔστιν  
 τὸς ἄλλ' ὁδοῦν ἐρεῖν  
 κλέπτουσι δὲ τ' ἀναλ  
 κῆλο παλιν ἐξέμειν,  
 ἔσ' ἂν κελόρασι με  
 κημὸν καταμυλῶν.  
 Id est,

Considerate autem me, si sapienter  
 Ipsos circumuenio,  
 Hos putantes sapere  
 Et me decipere.  
 Obseruo enim semper ipsos:  
 Neg. apparens videre  
 Furantes, postea cogo  
 Ipsos euomere.  
 Quaecumq. furati mei fuerint.  
 Cadum id est, cistam in quam calculos  
 Iudices mittebant, deponens.  
 Et paulo ante,  
 κλέπτουσι περὶ βλομας  
 τρεφὲν ἐν αὐτοῖς ἀπὸ  
 ἔργου δ' ὄντι ἐπὶ κλέος  
 ἀρὰς ἐπέτρετα.  
 Id est,  
 Furantemque volo  
 Nutrire vnum praestantem,  
 Hunc autem quando fuerit plenus  
 Eleuans percussis.  
 Placuit tamen Venuleio Iurisco. l. peculatus crimen, 7. ad leg. Jul. 9. pecul. in P. peculatus crimen post quinquennium admissum obli-  
 ci non posse. §. Voluerunt tamen Caesares eos, l. 1. §. 1. de crim. pe-  
 cu. C. qui ministerium istis adhibuerunt, & pecunias acceperunt,  
 pari poena plecti.

De lege Julia de residuis. Cap. 20.

- 1 Lex Julia de residuis peculatus instar, & quid ab eo differat.
- 2 De residuis crimen in quo consistat. Quis teneatur, & nomino eius condemnentur heredes.

Lex Julia de residuis, accedit ad peculatum: verum ut non tam graue scelus est, retinere rem ex iusta causa & voluntate domini antea possessam, quam a domino studio furandi extorquere. Sic grauius visum, pecuniam publicam furari vel intruere dolo & fraude, quam voluntate publica alicui commissam, vt in alios usus expenderetur, retineri ab eodem pro parte vel omnino. In quo consistit crimen de residuis, scilicet pecuniis non expensis retentis, nec in eum visum, in quem delegatae erant, consumptis, *l. 2. §. 1. §. sed & qui, ad legem Jul. pecul.* Tenetur & ea lege is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam acceperit, aliaue ex causa, pecunia publica resedit, *l. 4. §. lege Julia, eod.* Ad debitores autem Reipubl. qui pecuniam fisco debitam retinent, non pertinet, *l. Labeo, l. cum eo autem, 10. ad legem Jul. pecul. P.* Poena huius criminis est amplius tertia parte quam debeat, *l. 4. §. sed & qui, eod.* Quare quia agitur de pecunia, habet iudicium hoc publicum locum & in heredes, *l. final. eod. tit.*

De sacrilegio violationis asylosum, & de asyis, quae Galli dicunt Franchises. Cap. 21.

- 1 Asylosum in violatione qua consideranda.
- 2 Asylosum ecclesiasticorum violatio ad maiestatis diuinae crimen pertinere.
- 3 Asylum quid. Supplices ad aras vel ecclesiae confugiens non violandi.
- 4 Ratio in poenam. Ab asylo abstrahentis vi confugientem, quae poena ex utroque iure, eod. §. 9.
- 5 Supplicium confugientium ad ecclesiam apud Anglos lex. Crucis delatio supplicibus signum seruata vite, eod.
- 6 Templum Iouis in gressibus vincit soluebatur.
- 7 Templum ingressi immunitate gaudebant.
- 8 Asylius quibus tantum templis ethnicorum concessum. Et asylosum abusus, §. 9.
- 10 Asylum, templum misericordiae qui primi constituerunt.
- 11 Asyli loco, statuae Caesarum, princeps ipse, cardinales, signa in castris, sacerdos deferens sacrosanctam Eucharistiam. Et 12, 13, 14.
- 15 Ciuitates refugia a Mose separate pro asylo.
- 16 Regum domus pro asylo.

In crimine violationis asylosum considerabimus res, quibus asylius datur, & quatenus datum, an sacrae aut profanae. Item personas, cuius generis sunt quae eo confugiunt. Subinde facta seu actiones, ob quas quis ad asyla confugit. §. Ad tamen crimen laesae ma-  
 iestatis